



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 13. Eclogium. Conciliaturæ. Diuinaculi. Tres loci emendati apud
Suetonium in Vitellio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

dam esse, non tamen propterea absterretur ab illius
 erga fratrem muneris functione: cum dicat, multo
 longius esse tempus, quo se placere, ac probari oportet
 inferis, apud quos perpetuò futura sit, quàm iis
 qui in hac vita versantur. Verba ipsius hæc sunt:

ὅλη μετ' αὐτῷ κείσομαι, φίλα μέτα,
 ὅσα πανουργήσασ'. ἔπει πλείων χρόνον,
 ὄν δ' εἴ μ' ἀρέσκον τοῖς κάτω, τῶν ἐνθάδε.
 ἔπει γ' αἰεὶ κείσομαι.

Eclogium. Conciliaturæ. Diuinaculi. *Tres loci*
emendati apud Suetonium in Vitellio.

CAPVT XIII.

SCRIPSERAM iam pridem *elogij* nomen neque
 Græcum esse, neque Latinum: deinde miranti-
 bus quibusdam amicis dixeram, vbi cumque *elogium*
 legeretur, neque *ellogium*, neque *eulogium*, sed *eclogium*
 dici debere. Id duo ex ipsis à me acceptum in me tor-
 terunt: cum enim de *elogij* nomine disputassent, vl-
 troque eos accusassent, qui vocem probam, & anti-
 quam nimis imperiose è ciuitate deturbare vellent:
 postremò eò venerunt, vt *elogium* quidem non, sed
eclogium rectè & emendatè dici docerent. Ac mihi
 quidem, ne viuam, si non & hæc, & talia omnia ri-
 diculo sunt. Sed interdum tamen nescio quid stoma-
 chi mouent. Nunc expungamus præclarum istud
elogij nomen è quodam Suetonij loco, in quo iam pri-
 dem infedit. Ita enim vulgo legitur in Vitellio: *Ex-*
titique elogij ad Q. Vitellium D. Augusti quaestorem libel-
lus, quo coninetur, Vitellios Fauno Aboriginum rege, &
Vitellia, qua multis locis pro nomine coleretur, ortos, toto
Latino imperasse. Sed quis iste est libellus *elogij*, aut
 à quo scriptus? An fatuum est id quærere: cum
 in vetere

Micretti
 Lectiones
 III
 28

in vetere libro ita legatur; *Extat Q. Clodij ad Q. Velliam D. Augusti questorem libellus.* eodem modo percatum est in omnibus libris editis lib. v. in Verrem ubi legitur, *Posteaque Pompeius*: cum legendum *Postea Q. Pompeius.* sed, ut ad Suetonium redeam, eodem vetere libro paulo infra eum locum ita legitur: *Cuius filius sectionibus, & conciliatoris verius nomen pendium nactus*: non, ut vulgo, *consuturis*, aut, ut quidam emendare voluit, *cognituris*. Conciliatores nomen erant, qui Græco vocabulo proxenetae. & in eodem Vitellio: *Nullis tamen infensor quam diuinaculis mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite niebat.* Vbi vulgo ineptè legitur, *vernaculis*.

Restitui Ciceronis loci duo, in quibus librarij duorum veterum scriptorum nomina corruerant.

CAP. XIII.

LIBET duorum eruditorum hominum nomina apud Ciceronem corrupta integritati suae restituere: quando isti, qui tota plaustra librorum veterum habuisse se iactant, quorum collatione Ciceronem emendarint, aliquanto pauciora præstant, quam pollicentur. Apud Ciceronem igitur in Lucullo sic vulgo legitur: *Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, calum, Solem, Lunam, stellas, supera denique omnia circumferet: neque præter terram rem vllam in mundo mouerit, que cum circum orbem se summa celeritate conuertat, circumtorqueat, eadem effici omnia, que, si, stante terra, calum moueretur. atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quosdam arbitrantur, sed paulo obscurius.* Hæc Cicero scribit, qui illius admirabilis sententiæ auctor putatus est, ei Hicetas, non Nicetas nomen fuit. Laërtius in vita Philolai: $\chi\epsilon\iota\ \gamma\lambda\omega\ \chi\epsilon\iota\ \kappa\acute{\alpha}\kappa\lambda\omicron\nu\ \kappa\alpha\tau\epsilon\iota\delta\epsilon\iota\ \sigma\phi\omega\tau\omicron\nu\ \epsilon\iota\pi\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\ \alpha\iota\ \iota\delta\epsilon\iota\tau\epsilon\iota$